



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Item ejusdem epistola ad Arnonem Archiepiscopum Salzburgensem, de
eodem argumento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

ANNO CHRISTI Regum Francorum. LUDOVICI PII 561
816. IMP. J.

EPISTOLA AD ARNONEM ARCHIEPISCOPVM

S A L Z B U R G E N S E M.

De codem arguento.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Hludouvi-
cus divina ordinante providentia Imperator Augustus venerabili
Arnoni Archiepiscopo in Domino salutem. Sacrum & memorabile Con-
cilium divino nutu nostrisque studio in Aquisgrani palatio nuper ad-
gregatum &c. per præsentem Missum nostrum nomine Nothonem
&c. ut suprà in epistola ad Sicharium.

CAPITVLARE AQVISGRANENSE

A N N I D C C C X V I .

Anno D C C C X V I . incarnationis Domini nostri Iesu Christi Hluduvi-
cus Imperator Christianissimus ac piissimus ex omni imperio suo fe-
cit conventum Episcoporum , Abbatum , Comitum , vel majorum
natu Francorum , ut sancirent capitula pro utilitate totius Ecclesiae.
Quod ita factum est.

I N C I P I T P R O L O G V S

HLDOVVICI IMPERATORIS.

Qvia, juxta Apostolum, quandiu in hoc seculo sumus, peregrinamur
à Domino, & nihil in præsenti fixum, nihil immobile, sed cuncta
veloci pervolant cursu, & Scriptura testatur, quodcumque possimus,
instanter operari debemus, quia nulli ad bene operandum crastinus dies
promittitur, omnésque secundum Apostolum ante tribunal Christi sta-
bimus, ut unusquisque rationem pro his quæ gesit reddat, nobis præci-
puè, qui ceteris mortalibus conditione æquales existimus, & dignitate
tantum superiores sumus, secundum scripturam sacram, quæ dicit,
Quoniam interrogabit opera nostra, & cogitationes scrutabitur, rationes redi-
turi sumus, sollicita circumspectione totaque mentis intentione fata-
Tom. I. Nn
2. Cor. 6.
Sap. 6.